

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Quid mihi, Livor edax, ignavos obicis annos
2 ingeniique vocas carmen inertis opus,
3 non me more patrum, dum strenua sustinet aetas,
4 praemia militiae pulverulenta sequi
5 nec me verbosas leges ediscere nec me
6 ingrato vocem prostituisse foro?
7 mortale est, quod quaeris, opus; mihi fama perennis
8 quaeritur, in toto semper ut orbe canar.

9 Ennius arte carens animosique Accius oris
10 casurum nullo tempore nomen habent;
11 Varronem primamque ratem quae nesciet aetas
12 aureaque Aesonio terga petita duci?
13 carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
14 exitio terras cum dabit una dies;
15 Tityrus et fruges Aeneiaque arma legentur,
16 Roma triumphati dum caput orbis erit;
17 donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,
18 discentur numeri, culte Tibulle, tui;
19 Gallus et Hesperiiis et Gallus notus Eois,
20 et sua cum Gallo nota Lycoris erit.
21 ergo cum silices, cum dens patientis aratri
22 depereant aevo, carmina morte carent:
23 cedant carminibus reges regumque triumpho,
24 cedat et auriferi ripa benigna Tagi.
25 vilia miretur vulgus; mihi flavus Apollo
26 pocula Castalia plena ministret aqua,
27 sustineamque coma metuentem frigora myrtum
28 atque a sollicito multus amante legar.
29 pascitur in vivis Livor; post fata quiescit,
30 cum suus ex merito quemque tuetur honos:
31 ergo etiam cum me supremus adederit ignis,
32 vivam, parsque mei multa superstes erit.

Hilfsangaben:

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Von welchen Lebensformen ist in den ersten 6 Versen die Rede?
2. Auf welches Werk des Varro Atacinus wird mit Vs. 11/12 angespielt?
3. Welche Beziehung besteht zwischen Gallus und Lycoris (Vs. 19/20)?
Nennen Sie andere Paare gleicher Art!
4. Sachliche Erklärung von Vs. 15.
5. Sind die Umschreibungen für "Unsterblichkeit" in Vs. 14 und 16 austauschbar oder sachgerecht gewählt (Begründung)?
6. An welcher Stelle innerhalb eines Gedichtbuches mag dieses Stück stehen? Kennen Sie vergleichbare andere Gedichte?
7. Auf welche Art von Gedichten bezieht sich das vorliegende Stück?
Nennen Sie den oder die Schlüsselverse!
8. Autor (wenigstens eine Angabe post quem!), Werk (wenigstens allgemeine Charakterisierung:
vgl. Frage 7)